

SERENISSIMO PRINCIPI
PHILIPPO
WILHELMO
PALATINO RHE-
NI BAVARIÆ IVLIÆ
CLIVIÆ MONTIVM DVCI
COMITI MARCHIÆ RA-
VENSPVrgii MORSIÆ
DOMINO IN RA-
VENSTEIN.

NON diu PALATINI SANGVINIS DIVIS
Illustribusque ANIMABUS, è monu-
mentis suis, hoc calamo redivivis, dis-
quirendum fuit, quò ipsi eundum. Quas enim
Orbis, Imperiique partes mallent revisere,
quàm *Arces, Vrbes, Provincias sedesque olim su-
as,* & ad TE TUOSQUE, *Serenissime Dux,* ut
Cognatum suum Sanguinem ambulare? cuius cle-
mentissimâ voluntate, pijsimôque affectu ex
damnatis musei mei latebris, pabulum alioquin
blattis futuri, in lucem solêmque hunc prode-
unt. Rectè proin, atque ex ordine cum SERE-

NISIMA FAMILIA *universa* feceris, si *venientes, benigno serenòque vultu* fueris complexus: & quam ab illis avitæ Nobilitatis ac Christianæ Sanctitatis lucem haulisti, illam virtutum luculentiori incremento auxeris; jta pari cum illis passu Nomen & Gloria vestra jbit in secula, & in omnem retrò æternitatem. Hoc Illorum, hoc Patriæ, hoc bonorum, hoc meum, & universæ in primis Societatis Nostræ votum est, Ac vel maximè, ut potenti Illustrium harum Animarum Divorùmque deprecatione, DEVS SERENITATEM *Vestram* cum omnibus charis suis jta tueatur ac prosperet, ut maiorum exemplo, in vera orthodoxa fide, pietate, civilique gubernatione felices, tandem hisce Divis (seriùs quidem) sed proximiùs aliquando in Beatitatis sede collocemini.

QVod dum SERENITATIBUS *vestris* pleno affectu vovemus, unum illud mihi concedi demissè rogo, ut me ad extremum inscribam & sim

Serenitatis Vestræ

Humilis & devotissimus

in Christo IESV

Servus

THEODORVS RHAY.